

quatinus predictum iacobum primo secundo. et tercio. publice in ecclesia moneas vt dictos octo solidos terre predictae ecclesie pacifice dimittere studeat alioquin ipsum quem extunc interdicto ecclesiastico supponimus in hiis scriptis denunciare publice interdictum, qui si huiusmodi interdictum animo sustulerit indurato ipsum quem extunc vltorius excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatum publice denunciare non omittas datum enecopie anno domini M^o CCC^o quartodecimo VII. idus Maii.

1966.

1314 d. 21 Maj.

Arnö.

Biskop ISRAEL i Westerås pantsätter 6 öreland i Rislinge samt 3 åttingar, på $\frac{1}{2}$ när, i Kätastad för 144 mark penningar, som han lånt af Ärkebiskop Nils i Upsala till omkostnadernas bestridande vid Johan Engels begrafning, samt uppräknar derjemte de förskott i penningar och varor, som Ärkebiskopen för nämnde ändamål lemnat. (Jfr. N. 1950, 1951).

Samtidig afskr. på perg. i Kongl. Bibl.*).

Omnibus presentes litteras inspecturis Frater JSRAEL miseracione diuina. Episcopus Arosiensis jn domino salutem. Constare volumus vniuersis¹⁾, quorum intererit quod cum dilectus quondam frater noster dominus johannes angelus bone memorie cuius nos propinquior heres sumus, sex oras terre in Rislinge²⁾ de nostro consilio et assensu, deputauerit pro funeralibus suis, videlicet baldekino, cera, oblacione et distribucione pauperibus facienda, prout in testamento ipsius expressius continetur. et predictae sex ore terre propter karistiam temporis non suffecerint ad summam centum quadraginta quatuor marcharum quas a venerabili patre domino N. archiepiscopo vpsalensi pro premissorum expedicione nos hoc scripto recognoscimus partim in prompta pecunia, partim in expensis et rebus alijs necessarijs mutuo recepisse. Nos ex speciali commissione per litteras eiusdem domini johannis quondam fratris nostri in eius extrema egritudine nobis facta. ad supplendum omnia et singula que circa eius testamentalem ordinacionem inuenta fuerint defectiua. vna cum sepedictis sex oris terre in Rislingi, tres attungos terre octaua parte minus in kätastadum cum omnibus eisdem adiacentibus supradicto domino archiepiscopo in pignore ponimus tali pacto. quod si antedictae centum quadraginta quatuor marche infra annum a data presencium, per nos, uel coheredes³⁾ nostros, solute non fuerint, extunc eorundem prediorum cum

*) Förekommer på samma blad med föreg. N. 1950. Fins äfven i Registr. Eccl. Upsal. pag. 55 (f. 50), med följande väsendtliga olikheter: 1) omnibus — 2) rislingi — 3) heredes.

eum suis attinencijs per nos rite impignoratorum jus et proprietas ad vpsalensem Ecclesiam integraliter deuoluitur. Porro a sepefato domino archiepiscopo recepimus quatragesima marchas denariorum vnum baldekinum tres lestras cernisie. duas lagenas butiri octo talenta cere. panes decem talentorum, ex quibus quatuor fuerunt talenta siliginis, et sex talenta ordeï, vnum porcum viuum, et duas ligaturas allecis. In quorum omnium euidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud arnø anno domini. M^o. CCC^o. XIII^o. feria tertia infra octauas ascensionis.

1967.

Odat.

Biskop ISRAEL i Westerås meddelar upplysning om den öfverenskommelse, som Johan Engel i lifstiden uppgjort med Ärkebiskopen Nils Allesson i Upsala rörande deras andelar i Telge, samt tillkännagifver, att han tillåtitt Folkes enka Fru Ragnborg lösa Johan Engels andel i nämnde gård, på det den icke skulle tillfalla Birger Persson och sälunda gå förlorad för både domkyrkan och Folkes arfvingar. (Jfr. N. 1674, 1799).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl. *).

Tempore quo Nicolaus allonis beate memorie vpsalensi prefuit ecclesie, optinuit medietatem curie in Telghium quam karolus Erlændsson, vpsalensis canonicus possederat, et in pacifica possessione fuit ipsius medietatis curie predictæ. Johannes autem Angelus. volens ad dies vite sue totam curiam predictam habere. conuenit cum dicto archiepiscopo. quod partem ipsius archiepiscopi vna cum sua parte simul teneret ad vitam suam. et in eius obitu. tota dicta curia cederet in proprietatem possessionem et dominium dominij vpsalensis. Et propter hoc dictus archiepiscopus dedit ei vnum frustum panni blauæi. dictum genst et octo timbrias pellium variarum, et singulis annis ad vitam suam vnam lestram annone quam eciam dominus johannes recepit quamdiu vixerit. Huic paccioni interfui Ego frater JSRAEL tunc prior siktunie et sigillo personali quo tunc vtebar vna cum sigillis aliorum super hoc confectas litteras sigillauit. Postmodum dictus johannes angelus. volens omnino partem quam in telghium possederat ad vpsalensem ecclesiam deuenire causa roboracionis dicti facti jterato dictam partem in suo legauit testamento ecclesie memorate. Ego jtem interfui. et consensi testamento memorato. ac vna cum sigillo suo litteram testamenti eius nostro sigillo ad

*) Denna odaterade anteckning, synes, att döma af så väl stilen som innehållet, vara samtidig med föregående dokument, vid hvilket den är fastsydd.